nabis in partibus semotis, tenebitur et successores eius tenebuntur. Nulla
prescriptione fori obstante. Quodmemoriale firmatum est.

Lucas Grohobiecen[sis] Mathiae Miczowski

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castren[sibus] Prae
misliensibus Honestus Lucas olim Honesti Mathie Civis Drohobicen[sis] fili
us, obmisso suo quovis proprio foro et iurisdictione competenti, Castre
nsi Castren[si] Praemisliensi iurisdictioni se successoresque bonaque sua nunc ha
bita et in posterum habenda quo ad infrascripta attinebit subiciendo pu
blice recognovit. Quia Nobili Mathie Miczowski et eius
successoribus summam viginti flor[enorum] pecuniae monetae et numeri Poloni
calis veri et liquidi debiti mutuatique pecunie tenetur et ipsi de
bitis praesentibusque obligat et inscribit super bonis suis omnibus mobi
libus et immobilibus pro die et festo Nativitatis Domini proxime
ventura coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Praemisliensibus in ca
stro Praemisliensi dare solvere reponere relinquere, sub vadio
simili summe viginti flor[enorum] pecunie monetae Polonicalis in casu non solu
tionis praedicte summe pro tempore solutioni assignato ad solvendum suc
cumbendo et in eandem summam essentialem absque quovis strepitu iuris con
vincendo, quae summa simul iuncta extendetur in et super bonis omnibus mobi
libus et immobilibus ac in persona praedicti Luce, per ipsum Lucam
in oppido Drohobicz et alibi habitis et habendis, extendique debebit.
Insuper dictus recognoscens super bonis suis omnibus predictis habitis et
posteris obligat et inscribit praesentem inscriptionem ex his actis ad acta
terrestria Praemisliensia in decursu cuiusque anni in hac vel meliori verbo
rum forma transportare sub simili vadio viginti flor[enorum] pecunie mon[etae]
Polonicalis, Pro quibus vadiis succumbendum ac ipsa summa principali praedictus
dictus recognoscens per prefatum Creditorem et eius posteros ad quod
cumque iudicium, sive officium Castrense, Advocatiale, rurale, Consula
re seu aliud quodvis in regno Poloniae citatus, vel in persona sua ubi
cumque deprehensus fuerit, Extunc obmisso suo quovis proprio
foro et iurisdictione competenti, Coram eisdem iurisdictionibus in primo ter
mino stare tenebitur ac prefatam summam essentialem ab illo iudicio
seu officio ad quod respective tractus et vocatus fuerit non recedendo
reipsa solvere et se de premissis iustificare tenebitur, Terminum
ipsum primum et alios subsequentes nulla re exquisita nec colore ex
cogitato vel a Deo simplici infirmitatibus Actione ipsius maioris non
differendo, Nec ad cautionem si quam habere possit recipiendo, nec se
cum successoribus suis omnibus iuris et facti remediis et dilationi
bus ex industria humana excogitandis de iureque et consuetudine

solitis. Exceptionibus Controversiis motionibus Appellationibusque earumque
prosequutionibus, abrenunciando. Nulla prescriptione fori obstante.

Actum in Castro Praemislien[si] feria tercia post festum sancti Mathei Apostoli proxima Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo sexto. Coram Generoso Alexio Krasiczki Surrogato et Dobrogostio Fasolski notario Capitaneatus Premisliensis officio et actis.

25/18

Zamoÿski inscribitse Hinek

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Praemi
sliensibus Nobilis Jaszko Zamoÿski: Aliore foro et iurisdictione suis qui
bus suis propriis recedendo. Praesenti vero iurisdictioni Castrensi Praemisliensi
se suosque successores bonaque sua omnibus quo ad infrascripta tantum
attinet incorporando et subiiciendo, in eo tempore sanus existens pu
blice verbisque expressis recognovit. Quia se et suos successores
in et super omnibus bonis suis hereditariis et obligatoriis mobilibus
et immobilibus nunc et in posterum in quibuscumque terris et districti
bus Ducatibusque Regni Poloniae habitis et habendis in manus
Nobilis Joannis Hÿnek de Myslÿcze successorumque eius obli
gat et inscribit. Generosum Andream Fredro de Plissowicze ad
acta praesentia Castrensia Praemisliensia in Castro Praemisliensi infra hinc
ad sex septimanas proxime et immediate futuras adducere et sta
tuere, Qui adductus et statutus tenebitur prefatus Andreas Fre
dro praedictum Joannem Hÿnek de summa pecunie Mille flor[enorum]
pecunie monetae Polonicalis, praenominato Andreae per prefatum Hÿnek
Coram iudicio et actis terrestribus Praemisliensibus in et super bonis di
cti Hÿnek hereditariis inscriptis et assecuratis alsque prout ipsa inscri
ptio terrestris Praemisliensis latius canit et obloquitur, hic coram officio
praesenti actisque praesentibus de summa eadem perscripta quietare, inscriptionem
eandem terrestrem Praemisliensem cassare et obliterare, omnesque conditi
ones articulos clausulas in ea prefata inscriptione appositas, anni
hilare mortificare, sibique et suis successoribus super praemissis
agendi perpetuum silentium imponi, perpetuis temporibus. Et hoc
sub vadio Mille flor[enorum] pecunie monetae Polonicalis in casu non statuti
onis et completionis praemissorum pro tempore expletionis praesentis in
scriptionis ad solvendum irremissibiliter et de facto succumbendo. Insuper
praedictus recognoscens se successores suos in et super omnibus bonis